Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc. solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

**Hebel, Johann Peter**

**[Karlsruhe], 1772-1776**

[Hunolstein, Friedrich L. B. von]:

urn:nbn:de:bsz:31-99834

Visual Library

Virtutem

Neqꝫ ostentandam esse Neqꝫ celandã

in Oratione exposuit

J. L. B. de Hundtstein.

U. J. Stud:

1777. 2988.01

# Oeconomica

Exord: vel maxime contraria saepe numero aeque sunt vitiosa

Thes: Neque ostentanda virtus neque celanda.

1) ostentata virtus quae sit, quae celata explanabo

A) ostentatio virtutis est ambitiosa sui jactantia suorumque bonorum elatio de alieno detrahens, et inepta commendatio.

B) celatio autem virtutis est affectata ex detrectatione laudis modestia, nimis custodita otiosaque bonarum artium possessio ex imprudenti commodi alieni docendi omissio.

2) Quod vero utrumque et ostentando et celando vitiosum sit, quodque medium inter ista tenendum.

A) vitia illius utriusque facile patefaciunt.

a) ostentandi quidem:

1) ambitio virtuti contraria est.

2) gloria hominis non ipsius constat judicio, sed alieno

3) sua virtus splendet et proprio decore non ad=scito et inducto.

4) non praesentibus bonis quaesitis virtus acquiescit, sed melioribus contendendis quaerendis insistit.

b) celandi vero, quia:

1) ea modestiae natura est, ne gloriam avide retar=dantem aucupemur nec venientem adspernemur

2) proprium virtutis est prodesse.

3) quales simus merito cujusque, tales et videri velle debemus.

B) medium inter ista erit, scite et in tempore pro=ferre bona sua, aestimare aliena, praesentibus uti, majora quaerere, continuo discere et crescere.

## Oratio.

Verissima illa sane auditores vox est: tutissimam p. mediū ~~iter~~ viā esse, nam quod ex utraque parte extre=
=mū offenditur, vitiū illud esse merito putabitur. Ex=
tremorū quippe ea est ratio, ut a recto et justo tramite
in devia hinc illinc patentia facile delabamur. Quod
si praeceptū in omni fere genere valet, multo
etiam accomodatius erit iis, qui virtutis viā quaerunt
vel eandē ingressi feliciter prosequi cupiunt. Nam
si semel a medio discesseris; verendū est ne sensim
paulatimque ad extrema appropinquando contra vo=
=luntatē praeterque opinionē omnē in exitiū ruas.
Atque haec ipsa extrema licet vel maxime sibi sint
contraria, aeque tamen saepe numero sunt vitiosa.
Itaque cautione permagna opus est, ne dū alterū vitiū
vitare conatimur, alterū incurramus. Ea igitur vel
maxima et praecipua habeatur scientiae pars, quae
accurate docet vitia virtutesque distinguere: quae
quamquā sibi plane contraria sint, aliqua tamen
eaque speciosa similitudine haud raro ita miscentur,
ut absque intentiore animi cura dignosci
omnino haud possint. Itaque inde multi

libertatē in prava licentia ponunt, adulationē pro humilitate suscipiunt malitiā, prudentiæ loco amplectuntur, quæque fere vitiosa sunt alia, virtutis cujusque titulo ac specie exornant, et falaci simi=litudine decepti malis artibus tamquā bonis glo=riantur. Par est quoque ratio modestiæ quā nonnulli ambitiosius aspernantur, alii vitiose adfectant. Quo circa paucis ego nunc Vobis benigne audientibus hac de re disserere institui: Virtutem neque ostentandā neque celandā demonstrare ad=laboraturus, ita ut primū, ostentata virtus quæ sit, quæ celata, explanem, dein quid in utroque vitiosū sit, et ostentando et celando, quodque mediū inter ista tenendum edoceā.

Est autem ostentatio ambitiosa sui jactantia, suorumque bonorū elatio, ē alieno detrahens, et inepta comendatio. Inter pessima sane morta=lium vitia, si penitus rem disquiratur, numeranda erit ambitio, dignitatis immoderata appetitio, quæ concessis etiā honoribus impudenter abutitur. Plerumque enim ambitiosus statim ubi ad hono=res promotus ē. in superbiā se se extollit,

in jactantiā prorumpit, dedignatur alios, despicit contemnit, sub esse non patitur, prae esse molitur. Hunc itaque vituperamus, sed etiā illū qui nulla ducitur gloria, aut qui iis rebus gloriā affectat quibus quaerenda non est, aut qui ne ex recte quidē factis gloriā appetit. Non minorē tamen de=dignationē incurrit, hac ipsa jactantia: ē enim inanis et stulta de se praedicatio. Quid vero inveniatur tali homine ineptius? quid ipso nocentius? Nihil omnino magis laudē et cuiusque meritā imminuit, quā assidua eorū, quae nobis bona obtigerint, jactatio. Deforme vero ac turpe ē multa de se ipso praedicare, ut etiam qui alias justā laudē attribuerent, velut ineptum et indecorū militem, ex bellicorū facinorū relatu gloriae insulsae cupidi, mores imitante, illū deriderent. Huc accedit plerumque immodesta suorū bonorū elatio, et ultra veritatē amplificatio.

Potestne certe absurdius hoc quidquā cogitari;

quā quis suis rebꝫ tam īmodice oblectatur,
ut quæ in se bona habet, majora etiam
eminentioraq; atq; st: illa, videri cupiat.
Nemo enim gloriari nisi de suo debet. Ex quo
resultat porro eorū crebrior et inepta
commendatio, de alieno detrahens. Nempe
verentur istiꝰ modi homines, ne quantum
præstent, alii non satis intelligant, nisi
commemoratione et depraedicatione ipsi extu=
=lerint, et quidquid excellens in ceteris repe=
=ritur, in sui diminutionem vertunt, tum de=
=mū se optimos fore arbitrantur, qui pessimi
ceteri esse videantur. atq; ista obtrectandi cupi=
=ditas, arcte cū superbia cohæret, ut, quæ a nimia
propriæ ~~exall~~ excellentiæ persuasione orta,
inferiores despicit, superioribꝫ et paribꝫ invidet.
Quod perniciosissimū fore omniū vitiū, instar
ignis cuncta bona corrumpit, pervertit, destruit.
Tam procax hominū genꝰ, omnia sibi

vindicans ac sua ampliora splendidioraque ceteris
esse unice concupiscens, non bonarum rerum societatem
cum aliis ullam patitur. Illud vero quemadmodum
summopere fugiendum est, ne de se quisquam super=
bam animo opinionem capiat, sic non magis a quo=
=piam jure laudabitur, si quis e contrario nimium
de se abjecte et humiliter sentiat.
Illustratis his igitur Celationem Virtutis explanabo.
Celatio autem Virtutis est affectata ex detrec=
=tatione laudis modestia, nimis custodita
otiosaque bonarum artium possessio, ac imprudens
commodi illinc ducendi depressio. affectare modestiam
~~[illegible]~~ id primum esse vitium nemo=
=istius ~~vos~~ esse dubitaturos; modestiae enim
simulatio non est modestia. Duplex vero
immodestiae genus est, eorum qui nec esse volunt
modesti, nec videri, atque illorum, qui cum non sint,

hoc agunt tamen ut videantur esse. Ad celationem illam virtutis porro referetur, quod nimis custodite otiosique bonas et praeclares artes, quibus pollent, intra se veluti concludunt ceterosque commodis illinc capiendis iniquius defraudant. Ecquis ibit inficias, ut quo quae res preciosior est atque praestantior, ita diligentius et caratius illam retinere et custodire par esse? itaque et artes bonae ~~ante~~ vel maxime ~~fuit~~ non quaerendae modo, verum et custodiendae: quia illis damnum habitus comparatur faciendi cuncta cum vera ratione. Haud incommode in memoriam vobis revocare puto Ovidii dictum: Artibus ingenuis, quarum tibi maxima sit cura, pectora mollescunt asperitasque fugit. artibus ingenuis quaesita est gloria multis. Quae iam sit bona, meliora fieri arte possunt et quae non optima, aliquo modo tamen acui et corrigi ~~pos~~ Ut arbor, natura non

nisi uniꝰ generis fructū gignens, insitione eadem diversorū generū fructibꝰ oneratur. Itaque qui naturā solā sequitur, semper in eodem manebit statu, qui versari dicitur, pluribꝰ rebꝰ fieri poterit accomodatior et habilior. Neque vere prudens ille, qui circa hæc sibi bona quærit, ut in ipso velut alte recondita et sepulta jaceat, et qui poterat inde ad alios per omnia fructus, prohibeatur. Quod faciunt, qui virtutes suas dotesque tectas semper volunt esse et obscuras, easque sui ex conspectu et commercio aliorum removent, tamquam conspectu et illustratione diminuerentur.

Quare ad secundā nunc redeo orationis partē, quæ in utroque et ostentando et celando, vitiosū sit, quodque mediū inter ista tenendum sit, declaraturus. Hæc si nobiscum agitamus, vitia illius utriusque haud difficile

patefiendi, et ostentandi, quidē; quia ambitio
virtuti est contraria: quæ duo certissime simul
consistere nequeunt. Nā si recte definitur Virtus
esse mediocritas intra justi terminos consi-
=stens, neq; in alterutram partem, aut excedendo
peccans, aut deficiendo: æqualiter vituperanda
et virtuti contraria erit supra modū se attollens
jactantia, atq; infra eundē depressa sui
humiliatio. Sed alia adhuc se se nobis offerunt
incommoda, e quorū numero ē. Quod gloria
hominis non ipsiq; constat judicio, sed alieno.
Nil certe est gloria nisi frequens de aliquo
fama cū laude. An vero ~~nos~~ possumus ipsi
nos laudare? nonne laus in ore proprio sorde-
=scit? insipientis est in causa propria hominū
judicia item ex proprio fingi velle nec tam
laudandi materiā aliis præbere, quam lauda-
=tionem ut sibi reddant. Qui vult gloriam
sibi parare, ostendere eū necesse est,

propterea quae laudem mereri putari possit ab aequis et intelligentibus rerum aestimatoribus, nec de suo tamen judicio quidquam immisceat. Prae-terea sua virtus splendet et proprio decore non adscito et adducto. Solent lenocinia, colores quaesitus ornatus his frequentissime rebus adferri, quibus insita nulla est et nativa venustas. Contra ut in se quaeque res plus habet decoris et praestantia, ita minus eget condecoratione. Conspicua in homine virtus et eminens qualitas, non ex ipsius demum verbis et praeconio nobilitatem adsciscit, sed ipsa se commendat et oculos hominum in se convertit, vel eorum qui alienae laudi maxime infensi sunt. Evenitque homini, importuno sui praeconi saepe, quod mercium non aestimarum venditori, qui quod illis deest bonitatis, verbo-rum commendatione supplet, magis aberratione, quam a re ipsa pretium consequitur. Tanta est

veritatis lux, tanta venustas, ut non possit non ea intuentium oculos percellere, animos permovere, neque eaget ullo honestamento ipsa sibi magnum est decus. Denique vera virtus praesentibus bonis quaesitis non acquiescit, sed melioribus continuo quaerendis insistit. Nimirum hoc est virtutis, quantum libet in bono jam profecerit, non cessare, aut remitti, sed omnibus viribus contendere, eniti quo fiat absolutior atque perfectior. Ea propter in hoc ostendit virtus hominis, qui non in his quae jam sibi pepererit, bonis ambitiose se jactitat, sed parva adhuc illa esse existimat prae majoribus quae restant sibi in futurum quaerenda.

Nunc ad id me converto quod secundo loco positum a me fuit, celanda virtute, non minus peccari quam in ostendenda. Eam enim primum modestiae s. naturae ne glorcam avide retardandi aucupemus, nec venientem

adspernere. Enim vero illud est omnes modestiae
transgredi terminos, quum quis gloriam, prae=
=clare facta et insignia merita alter sequentem
admittere recusaverit. Quod vel in ipsam
virtuti injuriam merito habebitur; cujus quippe
lumini et celebritati officere atque laudem illi
debitam studiose reprimere, vel arcere minime
omnium par est. Tum demum modestiae partibus
fungimur, si nimiam et immoderatam honorum
libidinem cohibemus, justum unicuique rei pre=
=tium statuimus, neque impotenter, si qua negata
est virtuti praemia, concupiscimus; satius rati,
meruisse, quam obtinuisse. Quare perperam factum
eos dubitandum non est, qui modestiam specie
affectant, quod justam laudem adspernantur, et
hoc ipso manifestam praebent suspicionem, tam=
=quam oblata parum contenti gloria, recusando
majorem exspectant. Sed a celanda virtute
ejus minuitur usus. Quamquam proprium virtutis

sit, prodesse; qui, quae in se bona habet, non promit, nec in utilitatem aliorum convertit, sed ~~et hominibus~~ abscondit, infructuosaque secum semper retinet, summa cum ratione vituperabitur. Nam non tantum hominis ista bona putanda sunt; nullius omnino praeclara, omnibus patentia esse debent. Tantoque illustrior virtus atque amplior habeatur, quando longius fructus inde et commodum diffundit. Quid juvant ~~[illegible]~~ artes, quid consilium, quid sapientia, quid exquisitissima plurimarum rerum cognitio? nisi ostendere hoc te valere, nisi fructum in commune contuleris; si tibi solus intelligas; scias; sapias. Quin eam amplectimur virtutem, quam qui possidet, ad bene vivendum nec ipse amplius re alia indiget, nec reliquum quidquam facit, ut communem salutem aliorum promoveat atque amplificet. Tamque porro quales fieri merito cupimus, tales et videri velle debemus.

Nam multo magis ad rem pertinet qualis-
quisque alius, quam sibi esse videatur. Ineptum sane
est laborare multum ut praeclaras artes tibi
compares, comparatis autem id agere ut iis de-
te carere ceteri arbitrentur. Et cur enim si
sapiens fueris, insipiens videri, si intelligens,
cur ignarus, si bonus, cur malus existimari malueris?
Quae studio nostro nobis bona parata sunt,
non decet ea nostra culpa obscurari. His
itaque disquisitis, unum hoc necessarium partium est,
quo tandem medio inter ista ascendendum sit,
explicare. De quo paucis sic habete. Illud
nimirum rectum esse arbitror et congruum et liberale:
scite et in tempore proferre bona sua, aestimare
aliena, nec nihil, nec omnia aut sua aut aliorum
laudi tribuere; nil fictum arrogare, nil derogare verum;
non addere, inani jactantia quae non habes, quae habes
inepta verecundia non sibi demere; aequitati et modo
se omnia studere et erga omnes; praesentibus uti, pro-
desse in universum, majora quaerere; consurgere, eniti,
provehi in altiora; continuo discere et crescere.